

del Coro. El Preste, y Ministros tomaron sus asientos en el pavimento del Tumulo, al lado de la Vrina en sillas de terciopelo negro.

Empieçanse los  
Oficios.

**E**Mpeçò la Capilla las Visperas, que se cantaron con extraordinaria funebre dulçura, y armonia de voces, estando para estos dias prevenida, y nuevamente compuesta la musica, à desvelos, y esmeros de su Maestro. Officiaronse con toda Magestad, y puntual observacion de ceremonias. Acabado el Responso, saliò el Doctor D. Nicolas del Puerto, con sobrepelliz, Capa de coro redonda, y muceta, acompañado de seis Capellanes, Maestro de Ceremonias, Zelador, y Pertiguero, y por dentro del Tumulo passò al Pulpito, que estava, para este acto, vestido de bayetas, en que orò este Panegyrico Funebre.

\* \* \*

**( ORACION )**

FUNERAL, EN LAS EXEQVIAS DE LA  
Catholica magestad del Rey N. Señor D. FELIPE  
IV. [ que santa gloria aya. ]


**DIXOLA**

*El Dotor D. Nicolas del Puerto, Canonigo de la S.  
Iglesia Metropolitana de Mexico, Cathedralico jubilado de  
Prima de Canones en su Real Vniuersidad, Comissario Gene-  
ral de la S. Cruzada desta Nueva-Espana, Conultor del S.  
Officio de la Inquisicion, Prouisor, y Vicario General  
del Arçobispado.*

E L

**E**LABARO Constantini, quod video, nec mei me dixisse peniteat, sonant auribus hæc verba PHILIPPVS QVARTVS HISPANIARVM REX, INDIARVMQVE IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS. Forsam Rex iste PHILIPPVS, aut Phasina, quod video, non ambit armorum stemmata, Trophæi vexilla, generis Philacteria; Forsam hæc omnia mutuatus à Constantino? Sed procul dicendi Epicedia, & abeant oblectandi dicteria. Quò me dolor impellit? Intueor

Labarum erat hastile in sublime erectum atque vestitum, antennam, siue ceruchos habebat trāsversos instar Crucis. In summo fastigio corona ex lapidibus pretiosis, & auro conferta collocabatur, in qua erat salutaris vocabuli insigne literis P. & X. & in Palatio vaticano in aula que dicitur Constantini bellissime depicta est hæc figura vt advertit Fr. Angelus Rocha in Bibliotheca Vaticana f. 175. Baronius tom. 2. Annal. 312. n. 34. Eusebius Cæsariensis de vita Constantini lib. 1. cap. 25. Puente en las Monarchias 2. part. lib. 3. cap. 19. & 2. Rodiginus lection antiq. lib. 6. cap. 11. Immo ante Constantinum vsus Labari crebuit apud Romanos, docent Pamelius in notis ad Tertul. apologeticum c. 16. Onufrius Panvinus lib. 2. fastorum.



No- Jacobus Bossius de triumphanti Cruce lib. 5. c. 12. Ubi Labari figuras tum vexillis impressas, tum numismatibus depingit, & iterum plena manu lib. 6. c. 13. & 14. à fol. 625. & Zozomenus lib. 1. Hist. c. 4. & lib. 7. c. 37. Adrianus Turnebus lib. 15. Adversar. c. 16. Vboldfangus Lassius lib. 7. de Repub. Romana. D. Joseph Michelius in thesauro militari fol. 2 & fol. 79. Ambrosius Marlianus in theat. polit. fol. 284. Valdesius de dignitate Regum Hispaniæ. c. 15. num. 14. Chiffetius ad vindicias hispanicas cap. 15. fol. 150.

<sup>b</sup> De his titulis iure inconcusso Catholico Regi PHILIPPO IV. debitis consulendus est D. Joannes de Solorzano omnigena literarum copia facile Princeps de Indiæ. iure tom. 1. lib. 1. c. 16 à num. 5. & lib. 2. c. 21. Augustinus de Barbosa in proemio ad lib. de vniuerso iure Ecclesiæ titulis in epistola dedicatoria Catholico PHILIPPO IV. præscriptis, & nuper Ioannes Jacobus Chiffetius ad vindicias hispanicas in titulo eidem Regi vestibulo delineato, & c. 14. pag. 145 & ad lumina prærogativa lumine 10. fol. 369. Sancius de Moncada in traductione Alexandri Patritij Armacani in Marte gallico lib. 1. cap. 24. 25. 26. pag. 42. Et præceteris conspiciendus est pro titulo Imperatoris Stephanus Garibaius in compendio historiali Epistola ad Catholicam Maiestatem in proemio.

<sup>c</sup> Philacteria erant membranule, quibus Indi, Persæ, & Babylonij, & leges, & facinora, familiarumque stemmata delineabant, vt rem lepide discit Abulensis quæst. 32. & 33. super caput 23. Mathæi, & ibidem D. Hieronymus, & Chrysoft. Rodiginus lect. antiq. lib. 5. c. 9. Cobar. lib. 4. var. resol. cap. 17. num. 12. Rodericus Acunha in cap. Sancta dist. 15. num. 111. fol. mihi 105.

P

*d* Spatium novem dierum, quo mortui planguntur, quod profectó habuit initium ex primo bello Carthaginensium, ut ex Tacito, Livio, Bolaterrano, & Tullio observat Iulius Lovorius var. elucubrat. tt. 2. de prisco, & recenti funerandi more. cap. 1. num. 183. fol. 63.

*e* Nenia dicebatur carmen illud mestum, & lametabile, quod Præficæ ad Tibias infunere laudi gratia canere solebant. Chicherman lib. 2. de funeribus Romanor. cap. 6. pag. 151. Turnebus in commentat. ad Cicer. lib. 2. de legibus verbo *Nenia*. fol. 166. Roccha in vaticana fol. 344. Guterius de iure manium lib. 3. c. 5. fol. 407. Plutharchus in orat. consolat. ad Apollon. Antonius Clarus multa eruditè cumulans ad leges 12. Tabul. cap. 25. fol. 551. & D. August. de Civit. Dei lib. 6. cap. 9.

*f* Tibicines proprio nomine Sicicines tradit Iulius Lovorius ubi supra tt. 2. c. 3. num. 21. fol. 80.

*g* Pollinctores erant qui corpora defunctorum ungebant, & sic dicti, quasi pollutorum unctores, quorum meminit textus in leg. 5. §. Idem ait, ff. de instit. act. & ibidè glos. ver. *Libitarius*. cum adductis à Dionis. Gothofredo. Tertull. Apolog. c. 13. & adversus Gnost. cap. 7. Clemens Alexand. lib. 12. Pedag. cap. 8.

Suetonius in Domitiano Chicherm. de funeribus Romanor. lib. 2. c. 7. Guterius de iure manium lib. 1. cap. 20. Turnebus lib. 22. Advers. cap. 11.

*h* Feretrum dicitur à ferendo ex D. Isidoro lib. 18. Orig. c. 9. cuius duo erant genera lectica & Sandapila, prius efferebantur nobiliores, secundis pauperiores, notant Hali-carnaseus lib. 4. antiq. Romon. Tacitus Hist. lib. 4. & hoc feretrum erat ligueum ad denotandam spem resurgendi ex D. Ambros. cap. 2. super Lucam. Durando de ritibus Ecclesie lib. 1. cap. 23. num. 13. & n. 139.

*i* Mos erat antiquis sepulcha floribus spargere, docent Brissonius de formulis lib. 7. Chicherm. dict. lib. 1. cap. 8. & modulatur Ovidius.

Sparge precor flores supra mea busta viator,  
Favisti vivo forsitan ipse mihi.

Novendialia<sup>d</sup> huius Regis. Indue [ Ex. me Princeps ] ornamenta mesta; Produe [ Augustissime Senatus ] corda lugubria; Alma Mater Ecclesia statue mortuaria; Imperialis civitas, funde planctus, & suspiria; Regia Genitrix Academia Nænia, & gaudia Panagalìa, in luctus quæculos, in Cytharas raucas verte. Locate omnes, quotquot adestis funalibus Præficæ, Tibicines, Pollinctores, & Libitinos. Domos aspergite sale, nitro, balsamis, & gypso; & vos Superi, vna mecum rorate singultus, committamur hoc Mnosynon. Huic Ephestioni instillate spiramen doloris; Super feretro <sup>b</sup> PHILIPPI spargite flores. <sup>i</sup>

Obijt Potentissimus PHILIPPVS,  
aruit

aruit germen fidei, species Religionis emarcuit, & quidquid huic funerariæ Sandapilæ hæret, Id planctus fidei est. Nunquid tanto fato machine huius, & molis, quæ univertimur, & continemur inclusi, parte est inaliqua relaxata, aut dissoluta constructio? Nunquid Sol ipse syderum Princeps, cuius luce omnia vestuntur, atque animatur calore exarsit, intepuit, atque in contrarios habitus moderaminis soliti temperamenta corrupit? Nunquid Luna desivit se ipsam redintegrare, atq; in veteres novellarum formas semper restitutione traducere? Nunquid suas animas expiraverunt venti, è mortuisque flaminibus, nec cælum coarctatur in nubila, nec madidari ex imbris arua succedunt? Nunquid hysspidus ille Cometes, qui resulit in cælis, nefastum nostri PHILIPPI interitum præfagijt interris, veluti stella crinita, & Julij Cesaris, & Caroli Quinti, augurabatur excidia? O, stellarum vim, & potentiam mali Nunciam, concinebat Lucanus.<sup>m</sup>

Igno-

<sup>j</sup> Arnobius adversus Gentes lib. 1. Petrus Andreas Canonherius in quest. ad Tacitum, quest. 9. fol. 120.

<sup>k</sup> Suetonius in Iulio primo prope finem.

<sup>l</sup> Episcopus Pampilonensis, Sandobalius eius Chonographus in vita huius Imperatoris post lib. 32. pag. 834. Dotti Ioannes Antonius de Vera in Epitome fol. 129.

<sup>m</sup> Lib. 1. Pharsalice.

Ignota obscuræ viderunt Sydera no-  
ctes,  
Ardentemque Polum flammis cassæ-  
que volantes  
Obliquas per inane faces, crimemque  
timendi  
Syderis, & terris minitantem regna  
Cometem.

Quid agimus Anima PHILIPPI?  
Quo nos vertimus? Quid primum  
assumimus? Quid tacemus? Quid  
agimus Anima mea? Exciderunt  
ne tibi præcepta Rethorum, & oc-  
cupata luctu, oppressa lacrymis, præ-  
dita Singultibus, dicendi ordinem  
non tenes?

Nec de terreno, vel umbratili  
Dominio oratio nostra dicendi le-  
nocinio referet testimonia, sed à  
virtutibus immarcescens PHILIPPI  
expromet Imperium, cum sit apo-  
thecma cæleste, à virtutibus Impe-  
ria pēdere, virtutibus enutriti, virtu-  
tibus perennari. ut innotescat uni-  
versis, quod non à magnitudine,  
sed à Pietate census nominis glorio-  
sum erit elogium, & vectigalis no-  
menclaturæ caracter." Quo facto,  
libe-

n Cum is sit verè Princeps, qui in summo fa-  
stigio non magnus magis, quam bonus audiri  
desiderat, magisque virtutem, quam imperium  
cogitet, ac ita omnibus profit, ut hominum,  
causa sit. nec Dominus, sed tutor videatur, &  
ut animus corpori, solque orbi terrarum lu-  
cem, & vitam præstet, caputque, & corona sit  
qua ut cingit frontem, ita veluti murus hæ-  
neus omnes circundet, & ut alter Athlas, vl-  
nis & humeris suis Orbis curâ sustineat. Ver-  
ba sunt Jacobi Valdesij de dignit. Regū,  
Regnorumque Hisp. in præmio fol. 3. &  
plurima notatu digna noviter congerit  
Ambros. Marlianus in theatr. politic. 27.  
pag. 283.

libellus ille aureus Hispaniæ Paræ-  
miastes De la Ilustracion del renombre  
de Grande, postquam Magni Philip-  
pi effigiem expressisset in fastigio,  
ab extremis coronæ altrinsecus hoc  
stemma tesselavit: *A Religione  
Magnus.* Ergo hic erit prothesera  
dicendi stylus, hæc declamandi pro-  
epilogismo officiosa paræmia. Fa-  
migeratius lemma, diuturnior titu-  
lus, qui tutatur Imperia, peremne  
est in vita epinicium; & incolume  
in morte agonisima, idest; *Obijt Ca-  
tholicus Philippus.* Ut ab hoc primor-  
dio oratio multiplex collaudandi  
suffragium exambiat.

Pro comperto est in tabulis  
chronologicis, chartarumque gra-  
pharijs, quod annis 734. & 740.  
Catholici titulus elargitus fuit Al-  
phonso Genero Pelagij, antea quā  
Rex Galliarum, & Imperator Ca-  
rolus Primus imperasset; cuius rei  
supputata notitia omnibus Chro-  
nografijs est, adeo, ut nec Franco-  
gallus vindex, nec quisquam Allo-  
phyllus, vel Sycophanta ambigat  
peregrinus, & suffragatrix epita-  
phij

o Libellus hic pondere parvus, sed in-  
stituto, & substantia magnus, & omni-  
bus sæculis commendandus, qui editus  
fuit à D. Joanne Antonio de Tapia, &  
Robles I. C. hispano omnium literarū,  
& antiquitatis experto antesignano, &  
in Collegium Senatorum Hispalense à  
PHILIPPO IV. Rege Catholico ex me-  
rito cooptato.

p Rodericus Archiep. Toletan. lib. 4.  
Hist. c. 5. Beuter. lib. 2. c. 31. Ioan. Ua-  
seus. anno 737. Genebrard. in Chroni-  
co lib. 3. anno 756. Steph. Garibaius in  
compendio historiali lib. 9. c. 6. Ambros.  
de Morales lib. 13. Hist. cap. 10. & 13. &  
15. Jacob. Ualdefius de dignit. Regum  
Hisp. c. 13. fol. 112. & sequentibus, & ex  
exteris fatentur Cassan. natu Gallus in  
Chatalogo gloriæ mundi 5. part. confid.  
33. & Italus Anast. Germon. de Sacror.  
immun. lib. 4. in proem. & rursus idem  
Garibaius lib. 18. Hist. cap. 1.

7 Hęc inscriptio comperta est in tumulo huius Regis in cenobio vetustissimo Sancti Facundi, quod erexit ipse Alphonsus Primus Catholicus, vt testatur Ambros. de Morales lib. 3. Hist. cap. 10. in 3. part.

7 Tradunt Rhenus Chop. auctor galus de sacra politia lib. 7. num. 18. Illeicas in Hist. Pontif. 1. part. lib. 2. c. 85.

8 Fides habita fuit in quodam eius privilegio, cuius exemplar refert idē Ambros. de Morales lib. 14. Hist. c. 34. & in eo Catholici cognomento nuncupatur.

9 Pater ex privilegio a Rege Sancio concessio Monasterio a Samos Ordinis D. Benedicti in quo cognominatur Catholicus, cuius meminit Anton. de Iepes in Chronica generali S. Benedicti tom. 6. centur 6. anno Christi 1034. eiusdem Sancti 554. Cui Regi tria cognomenta a Chronographis tribuuntur, alij Magnum, alij Maiorem alij Crassum, & omnes Magnum & Catholicum fatentur, vt Hieron. Zurita in annal. Arag. tom. 1. lib. 1. c. 13. Garibaius in compendio historiali lib. 10. c. 18. & lib. 22. c. 21. Card. Baronius omnino conspiciendus tom. 11. annal. anno Christi 912. pag. 681.

10 Tradit Jacob. Ualdes. de Dignit. Regum Hisp. cap. 13. num. 21. fol. 116.

11 Refert idem Garibaius lib. 9. Hist. cap. 6. fol. 406. Zurita dict. tom. 1. lib. 2. cap. 40. & hic titulus Catholici translatus fuit ad Alphonsum Sextum, Ioannē Primum, & ceteros Successores, vt multis perspicue probat Alexander Patritius Armachanus de Iust. armor. ac sederum Regis Christianissimi lib. 2. c. 2. Mariana de rebus Hisp. lib. 6. cap. 6.

12 Docent Roderic. Sancius de Arebalo in Histor. Palentina in vita Regis Recharedi Valdesius dict. c. 13. num. 15. Mariana dict. lib. 6. cap. 6. & aureo calculo Jacob. Chifletius ad vindic. Hisp. cap. 15. & vlt. fol. 149. & Barceus tom. 6. anno Christi 638. fol. 346. illis verbis: *Ut appareat laude se retinere, vel in celis v'sa fatum, titulum Hispaniarum Regis*

phij in marmore devincit auctoritas. IACET ALPHONSUS CATHOLICVS. 9 Aquo eius tituli velut hæreditaria, & iure sanguinis translatio traducebatur in posteros; & defluxit in ceteros, huius familię Proceres cognomentum, vt pro suggestu aderat in Ordonio Primo, & Sancio Castelle Rege, qui dicebatur Crassus, & in Alphonso Octavo signato fidei Toparcha, Strategoque perennando ob insignem Triumphum DE LAS NAVAS DE TOLOSA: 7 & post nuper sæculis ab Alexando Sexto, & Iulio Secundo Catholici Titulum Regibus Hispanie vt hæreditarium, & tanquam pro Tabulario sacris diplomatibus inferi, præceptum iri comperies. 8 Immo relicto Christianissimi titulo, retro sæculis visitato, Catholici tantū, Orthodoxi vè eximia fidei sinceritate pro meritū retinere. \* O FELIX IMPERIVM!

O DIV-

Regis Christianissimi lib. 2. c. 2. Mariana de re-

O DIVINA CORONA! CLAMAT MAGNVS ILLE POLYSTHORBARONIVS, Quæ hoc glorioso decoramento redimitur à Veneradis Patribus; nam à Tertia Synodo Toletana Recharedus, & à Sexta Cuintilla id exaudire vivetes; & Concilio subscribentes congratulabatur exultim. Successit Catholici cognomēto PHILIPPVS QVARTVS cognomēto MAGNVS: Antuus? An meus? An noster? Immo Christi; immo Totus totius Appostolicæ Religionis. Natus fuit idibus Aprilibus, Mensis hic ab Antiquitate Iconoclasticus, & iuventute solemnus, & Ovationibus insignis, & Triumphis, & Calendis, & fastis excultus. 7 Nec omnino sacra, & religiosa est antiquitas, nec omnino profana, & suspiciosa novitas: nec itē studendū augurijs. Sed à virtu-

vt CATHOLICI cognominentur: vt pote tanto facti titulo digni, quod non solum iurent se fore Catholicos, sed neque passuros quemquam non Catholicum in amplissimo suo Regno penitus reperiri. Et hoc colligi apparet ex iuramento, quo Reges Hispaniæ in Concilio Toletanis fidem Catholicam viribus, & sanguine defendendam promittebant, vt in specie eiusdem forma describitur in sexto Concilio can. 3. ibi: *Quo circa consonam cum eo, corde, & ore promulgamus Deo placituras sententiam: simul cum suorum Optimatum, illustriumque Virorum consensu, ex deliberatione sancimus, vt quisquis succedentium temporum regni sortieris apicem, non ante conscendat regiam Sedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta pollicitus fuerit, hanc se Catholicam non permissurum eos violare fidem; sed & nullatenus eorum perfidia favens, vel quolibet neglecta, aut cupiditate illectus, tendentibus ad precipitia infidelitatis, aditum præbeat præavertitionis: sed quod magnopere nostro est tempore conquestum, debeat illibatum persequere in futurum. Nam in casum bonum agitur, si non eius perseverantia provideatur &c. Omnino legendus est Baronius dicto anno 638. & nuper Toletanus Moncada in translatione Armachani in Marte Gallico lib. 1. c. 23. 24. & 25. à f. 40. D. Did. à Saabedra Faxardo in Corona Gothica in vita Flavij Recharedi fol. 263. & in vita Flavij Cuintille fol. 269. Mariana de rebus*

Hisp. lib. 6. cap. 6. Ambros. Marlianus in theat. polit. cap. 27. fol. 287.

1 Constat ex eodem Concilio tertio Toletano in illis verbis: *Ego Recharedus Rex fidem hanc sanctam, & veram confessionem, quam vni, per totum Orbem Catholica consistet Ecclesia corde retinens, ore affirmans; mea dextera Deo protegente subscripsi.* Mariana de rebus Hisp. lib. 6. cap. 7. & Saabedra vbi supra.

2 Ioan. Rosinus de antiq. Rom. lib. 5. cap. 9. & ibi Thomas Dempsterus. Aprile enim celebrabantur ludii Meglenses, festa fordicidia, Cerealicia dicata Cereri. Parilia, seu palilia, & vinalia libata Iovi. Item Robigalia, vt Robigius Deus segetes à rubigine liberaret. Floralia dicata Florę, vt omnia vberissime efflorent, & die cetera incipiebant festa &c.

ludi ob victorias Cæsaris. Latè Alexand. ab Alex. lib. 3. dier genil. cap. 18. & ibidem Tiraq. Iull. Lavorius var. elucub. tt. 1. cap. 6. à num. 27. fol. 16.

<sup>a</sup> Ex Tertuliano adversus Marcionè lib. 1. c. 8. ibi: *At enim viua, & germana divinitas nec de novitate, nec de resustate, sed de sua veritate censetur.*

<sup>b</sup> Gundisalbus de Cespedes, & Mene- nes in Hist. PHILIPPI IV. Regis nostri Catholici lib. 1. c. 1. & c. 4. Frater Ferdinandus de Camargo in additionibus ad Hist. Ioannis Marianæ anno 1605. Francisc. de Mendoza lib. 6. de floribus eloquentiæ orat. 1. de Augustissimo PHILIPPI IV. hisp. Regis ortu felicissimo fol. mihi 164. Roderic. Mendez de Silba eiusdè Regis Chronographus in libello. cui titulus est: Catalogo Real, y Genealogico de España pag. 160. Didacus de Colmenares in Hist. Segoviensi cap. 48. §. 3. anno 1605. fol. 601. Guadalaxara in Hist. Pontif. 5. part. lib. 1. cap. 10. fol. 31.

<sup>c</sup> Hieron. de Quintana in lib. qui inscribitur de la antiguedad, y grandezas de Madrid lib. 3. c. 45. fol. 361. Cespedes dict. lib. 1. c. 1. Guadalax. in Pontif. 5. part. lib. 4. c. 1. fol. 107. Aubertus Miræus in Chronico Belgico anno 621. & hac tēpestare erat Archiepiscopus Toletanus Eminentissimus Dominus Bernardus de Roxas, & Sandobal. S. R. C. Cardinalis, & Inquisitor Generalis.

tibus merita auguranda virtutum. <sup>a</sup>

Natus ergo fuit PHILIPPVS Dominicanus Victor à Cruce, die sexta hebdomadis maioris, <sup>b</sup> die, quo Christus caput inclinavit in Cruce, eodem Philippus caput elevavit in terra. Christus cervicem deiecit, Philippus cervicem erigit. Christus moritur, PHILIPPVS vivit. Natus est horà, quam Christus in Ioanne vocavit suam, totus est Christi. Hora, quà Christus à se stupenda miracula differebat, ea Regnū precāti à se homini largiter delegabat. Anno ætatis suæ secundo, decem mensibus, & quinq; diebus ab universo Ordine, Sacramenti pollicitatione, & publicis acclamationibus generalis status eum recepit in Principem, & ante iusiurādum, Sacramēto Confirmationis exhibito ab Archiepiscopo Toletano Pancraticè roborabat Imperium, & fidem suæ Religionis hoc credebat Auspicio. <sup>c</sup> Obenè ominata Natalitij vsura! O auspiciatissima Gentilitij primordia! Vix infantilia Puerperij crepūdia nugatorie teniæ,

niæ, laciniq; fasciæ, erant Maiestatis Insignia: Principatus Dextralia, Dominationis libramina: Omnium aderat immensa læticia, læta iucunditas, Hilaritasque iucunda. Natus est educationem Regiam: <sup>d</sup> nec Infantium larva, aut præstigijs delectabatur, sed iam tunc modestiam, gravitatemque præferens, malebat audire, spectareque vtilia: Accessit enim eius suavi Genio hæc Solers educationis cura; quæ matura properè virilitatis documenta informabat. Factus (ex Nazianzeno <sup>e</sup>) sub lege probæ Indolis ante Magistrorum leges. Adhuc in canoflore degebat adolescentia; nec præcoem virtutum messen lacteus ante experimentum culmus attulerat. Adhuc blanda erat imago pubescentis, nec fingens faciem lanugo vestiebat; quando ævi purpura, & flosculus supervientis Imperij solliciti promitebat de gratiæ commutatione terrorem. <sup>f</sup> & Ingeniu, Poemate, & Artibus liberalibus expoliuit. In venando Celerrimus. Equum nativà superbia ferocien-

<sup>d</sup> Præceptor eiusdem Regis fuit Don Balthasar Astunica ex Marchionibus Carpij. Notat Cesped. lib. 1. cap. 1. & lib. 2. cap. 1. Tapia in dict. libello de la Ilustracion del renombre Je Grande. Elog. 1. n. 4. fol. 8. Et Pædagogus Don Galceranus Aluanell postea factus Archiepiscopus Granatensis, Vir summa modestia, literis, innumerisque virtutibus locupletatus, ut testatur Pedraça in libello cui titulus est. Hist. Ecclesiastica de Granada. 4. part. cap. 150. fol. 290.

<sup>e</sup> Orat. 10.

<sup>f</sup> Enodius in Panegyri Traiani.